

*Der Churer Weihbischof und Generalvikar Johannes gewährt auf Bitten des Abtes Leonhart und des Konvents des Klosters St. Luzi in Chur den Besuchern und Wohltätern der Kirche Bendern Ablass.*

*Or. (A), PfarrA Bendern, U11. – Pg. 31,5/25,2 (Pica 4,8) cm. – Siegel fehlt. – Auf der Plica rechts: Conradus Rot notarius subscripsit. – Rückvermerk (15. Jh.): Indulgentiæ elargitæ ecclesiæ Beneduranæ omnibusque fidelibus sub Leonardo abbate sancti Lucii anno 1488.*

*Regest: Büchel, Urk. PfarrA Bendern, S. 96. – Büchel, Pfarrei Bendern, S. 20 und 29.*

l<sup>1</sup> † Nos<sup>a)</sup> † frater Johannes<sup>1</sup> ord[ini]<sup>b)</sup> Minorum dei et apostolice sedis gratia episcopus Tripollitanus reverendi in Christo patris et || l<sup>2</sup> domini domini Ortlieb<sup>2</sup> [eadem] gratia episcopi Curiensis vicarius in pontificalibus generalis universis et singulis || l<sup>3</sup> presentes litteras inspectu[ri]s, lecturis et auditoris salutem in domino sempiternam. Splendor eterne glorie, qui sua || l<sup>4</sup> mundum ineffabili [illu]minat claritate, pia vota fidelium de ipsius clementissima maiestate et miseri- l<sup>5</sup> cordia sperantium [tunc] precipue benigno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas sanctorum meritis et l<sup>6</sup> precibus adiuvat[ur]. Cupientes igitur, ut ecclesia beate Marie virginis in Bendern<sup>3</sup> Curiensis dyocesis l<sup>7</sup> manu teneri p[recibus]<sup>c)</sup> pro parte reverendi patris et domini domini Leonhardi<sup>4</sup> abbatis et conventus monasterii l<sup>8</sup> sancti Lucii extra m[uro]s civitatis Curiensis et subditorum in Bendern humiliter implorati nos de l<sup>9</sup> omnipotentis dei [misericordia] et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere peniten- l<sup>10</sup> tibus, confessis e[st] pariter cont[rit]is, qui ad dictam ecclesiam in Bendern suas pias erogaverint elemosinas l<sup>11</sup> ac manus porre[xer]int adiutrices et qui sabbatinis diebus tempore pulsus cum omnibus campanis l<sup>12</sup> pro omnibus fidei[bus] defunctis flexis genibus quinque pater noster et totidem angelicas salutaciones l<sup>13</sup> devote dixerint [e]t qui interfuerint vigiliis et missis in anniversario singulis annis celebrando l<sup>14</sup> pro omnibus ben[efa]ctoribus et fundatoribus dicte ecclesie et qui elemosinas ad eandem elargiti sunt ac l<sup>15</sup> qui missas in e[iusdem] anniversario celebrant et qui in provisionem infirmorum sacramentum eukaristie l<sup>16</sup> et extreme unc[tion]is secuntur et qui de mane ac de sero tempore pulsus angelice salutacionem tres l<sup>17</sup> angelicas oration[nes] cum salutacione devote dixerint, quocienscumque hoc fecerint, quadraginta dies l<sup>18</sup> indulgentiarum d[e] ini]unctis eis penitentiis misericorditer in domino relaxamus presentibus perpetuis futuris temporibus l<sup>19</sup> duraturis. I[n] qu[or]um omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes litteras inde fieri l<sup>20</sup> nostrique sigilli iu[ss]imus et fecimus appensione communiri. Datum Curie anno domini millesimo l<sup>21</sup> quadringentesimo [o]ctuagesimo octavo die vero ultima mensis maii indictione sexta.

<sup>a)</sup> Initiale N, 2,2 cm hoch. – <sup>b)</sup> Im Folgenden sind die durch einen vertikalen 0,5-1,5 cm breiten Riss verlustig gegangenen Textteile in eckigen Klammern ohne Anmerkung ergänzt. – <sup>c)</sup> Unsichere Ergänzung, Lücke ca. 1 cm.

<sup>1</sup> Johannes Theodorici, Bischof v. Tripolitanus, Syrien, 1479-1488 als Weihbischof von Chur bezeugt. – <sup>2</sup> Ortlieb v. Brandis, 1458-1491. – <sup>3</sup> Bendern, Gem. Gamprin. – <sup>4</sup> Leonhard Schorer, 1475-1497 Abt des Prämonstratenserklusters St. Luzi in Chur.